Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



protectione dei celi com
morabitur. Dicet domino
susceptor meus es tu.
et refugium meum. deus
meus sperabo in eum.
Quoniam ipse liberabit me
de laqueo venantium.
et a verbo aspero. Scapu
lis suis obumbrabit te.
et sub pennis eius spera
bis. Scuto circumda
bit te veritas eius. non
timebis a timore noctur
no. A sagitta volante
in die a negotio pam
bulante in tenebris ab
incursu et demonio meri
diano. Cadent a latere
tuo mille et decem mili
a dextris tuis. ad te autem
ad propinquabit. Verum
tamen oculis tuis consider
abis. et retributionem pec
catorum videbis. Quoniam tu
domine spes mea. altissimum
posuisti refugium tuum.
Non accedet ad te malum.

et flagellum non ad pro
pinquabit tabernacu
lo tuo. Quoniam angelis
suis mandavit de te.
ut custodiant te in omni
bus viis tuis. In manibus
portabunt te ne forte
offendas ad lapidem
pedem tuum. Super
aspidem et basiliscum
ambulabis et conculcabis
leonem et draconem.
Quoniam in me sperabit li
berabo eum. protegam
eum quoniam cognovit no
men meum. Clamavit
ad me et exaudiam eum.
cum ipso sum in tribu
latione eripiam eum et
glorificabo eum. Longi
tudine dierum replebo
eum. et ostendam illi
salutare meum. psalmus.

Bonum est confiteri
domino. et psallere no
mini tuo altissime. Ad
annunciandum mane misericordia